



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Introductio, & comparitio Procuratorum capitulorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

suum certum missum, nuncium, & procuratorem &c. R. D. Albergonum Canonum absentem tanquam praesentem solum & insolidum specialiter nominatum & expressum, ad ipsius Reuerendiss. D. Episcopi Nouariensis procuratorio nomine, & pro eo comparandum coram Illustris. & Reuerendiss. D. D. Carolo S.R.E. tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali Mediolani Archiepiscopo, & ceteris Reuerendiss. DD. comprouincialibus Episcopis, & quibuscumque aliis ecclesiasticis viris, qui eidem Synodo prouinciali intererunt anno praesenti die 10. Maij, quae erit feria quinta Dominicæ tertiae post Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi inchoanda & celebranda, & causam praedictam pro qua idem Reuerendiss. D. constituentis legitime impeditus non potest ipsi Synodo interesse coram praefactis Illustris. & Reuerendiss. DD. Metropolitanano tanquam notoriā deducendam, de eaque si expedierit, fidem faciendum, & eam causam tanquam legitimam recipi & admitti petendum & faciendum; Tum eius Reuerendiss. Dom. constituentis & eius Ecclesiae Nouarien. nomine suscipiendum, recipiendumve, quæcumque canonum Tridentinique Concilii auctoritate in ipsa Synodo, acta, gesta, constituta, decreta sanctitate erunt, & ea obseruare iure iurando (si expedierit) promittendum, & eis subscribendum, & generaliter omnia & singula alia dicendum, faciendum, petendum, suscipiendum, recipiendum, promittendum, iurandum, & subscribendum, quae idem Reuerendiss. Dom. constituentis dicere, facere, petere, suscipere, recipere, promittere, iurare, & subscribere posset si praesens esset: Dans, & concedens eidem Reuerend. D. Procuratori suo in omnibus & singulis præmissis, & dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, plenum, amplum, & liberum, & generale mandatum, cum plena ampla libera & generali & speciali administratione; etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præferti sit expressum, & promisit & promittit &c.

Introductio & comparatio Procuratorum Capitulorum.

Postquam procuratores Reuerendissimorum DD. Episcoporum absentium fuerunt singulatim introducti, ut superius connotatum est, immediateque his conceptis verbis altera & clara voce per Cancellarium vocati. Accedant procuratores capitulorum, qui volunt audiiri. Mox per Reuerend. Dom. Archidiacnum ut supra dictum est de procuratoribus Episcoporum, ad Illustrissimum D. Metropolitanum introducti hac verbo rum prolatione. Illustrissime Metropolitane, ad sunt procuratores capitulorum huius Sanctæ Metropolitanæ Ecclesie Mediolanensis, Aquisensis, Nouariensis, Alexandrinensis, Intimiliensis, Casalensis, Sauonensis, Vigleuanensis, qui volūt audiri. & singuli aecesserunt ad Illustrissimum Metropolitanum, cui reuerenter suum exhibuerunt procuratorium authenticum subsequentis tenoris.

Capituli Metropolitanæ Mediolanæ. Procuratorium.

In nomine Domini &c. Et pro eis cōparendum, interueniendum, & assitendum in Concilio prouinciali sexto de praesenti celebrando in præfata Ecclesia Metropolitanæ Mediolanensi, sub Illustris. & Reuerendiss. Dom. Carolo tit. Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali, Sanctæ Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo, ac in quibuscumque sessionibus superinde fiendis & tenendis, & qui buscumque congregationibus priuatis & generalibus, tam in palatio Archiepiscopali Mediolani, quam in dicta Ecclesia & alibi seruandis & tenendis, ac eorum votum dicendum & ferendum, ac omnia alia faciendum, quod præfas; M. R. Do. constituentes facere possent, si personaliter adfissent. Et generaliter &c. Dantes &c. & volentes &c. Promittentes &c. Releuantes &c. & de prædictis &c. Actum &c.

Postquam procuratores capitulorum auditi fuerunt, vocati sunt testes synodales his conceptis verbis per Cancellarium. Accedant testes synodales. Et cum plures